

gloriosi. De cetero nos et totum ecclesie sancte negocii vestris deuotis orationibus commendamus/orantes et ipsi ut omnipotens pater in cuius estis nomine congregati ordinatioes et opera vestra in beneplacito suo disponat/et vos pariter ac subditos fratres ad spiritualia iugiter incrementa pmoueat. Adhuc qui predictum Clareuallensem abbatem pro ineuitabili necessitate promoueri de pacis ab aduentu capituli duximus retinendum/eum a vobis petimus haberi excusatum/sicut et de ipso Cisterciensi in patientia vos sustinere rogamus si forte contigerit/et cum pro tanta necessitate celebrato capitulo reuocemus. Datum Beneuenteni. xiiij. kl. Augusti.

Imperator. Ho.

Scriptum fauorabile Frederici imperatoris ad abbates ordinis Cisterciensi in capitulo congregatos in comendatione eorum et ordinis/petenti in eorum fraternitate recipi/et se defensozem ordinis declarando.

Venerabilibus In christo patribus et amicis dilectissimis omnibus abbatibus Cisterciensi ordinis S. dei gratia Romanorum rex semp augustus et rex Sicilie. Salutem in domino/et ad omne beneplacitum ipsorum paratum et expositum. Si iuxta veritatis vocem ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine domini nostri iesu christi ipse in medio eorum est/quid credendum est ubi non solummodo duo vel tres sed tot nobiles athlete christi/tot excelsae colune ecclesie sue in nomine suo imo ad honorem nominis sui de diuersis mundi partibus coadunati sunt et congregati nisi quod ipse in medio vestrum habitat et spiritus suus

quē in vos ipse transsudat/ et sanctissima pectora vestra seipso
 inflammavit. De qua igitur re/ succensi flamma caritatis/ p̄sen-
 seritis certissime obtinebitis et fiet vobis. Et quicquid postula-
 veritis patrē in nomine dilectissimi filij sui domini Jesu dabit
 vobis affluenter et non improperabit. Credimus enim imo vere
 scimus quod tanta est sanctitas huius reuerendi ordinis tanquā est
 placens tanquā suaue et acceptabile holocaustum orationum ve-
 strarū quod ei quotidie offertis sub carnis vestre maceratione
 et mortificatione quod omne id quod a creatore nostro duxeritis pe-
 tendū cum pius ipse sit et promptus ad benefaciendū/ obtine-
 bitis a multitudine miserationū suarum. Est etiā fides nostra
 nō utiq; parua/ quod hic mundus qui lubricus et immūdus est et in
 maligno positus/ orationibus vestris sustentatur/ et a facie fu-
 rois illius tremendi iudicis/ cuius irā peccatis nostris accen-
 dimus defensatur/ auertendo suā quā meremur indignationē
Cum igitur hoc firmissime credamus quod ab ipso patre miseri-
 cordiarum pijs orationib; vestris impetretis quicquid ab ip-
 so in nomine vnigeniti filij sui humiliter postulauerit/ nos qui
 peccati pondere recognoscimus oppressos nos esse/ omni humi-
 litate/ omni deuotione ab vniuersis vobis et singulis qui in no-
 mine christi hic cōuenistis/ petimus et obsecramus omnium pre-
 cum instātia quatenus in fraternitatē vestram nos recipiētes/
 et in consortiū sanctissimū orationū vestrarum nos colligentes
 speciales creatori nostro preces effundere dignemini/ vt gratia
 sua misericorditer in nobis debeat et emendet quicquid hacte-
 nus cōmissimus ex humana carnis infirmitate/ et in his que si-
 bi placita sunt nos confirmare dignetur. Et licet peccatores si-
 mus/ cum tamē per ineffabilē misericordiam Romani imperij
 gubernacula suscepimus/ det ipse nobis vestro pio interuentu
 spiritū iudicij et veritatis vt sic sub nobis regatur imperiū et dis-
 ponatur vt ad laudem et gloriā nominis sui sancta sua ecclesia
 quā in ara crucis sanguine suo redemit/ pacis gaudeat optata
 tranquillitate/ et nos post decursum temporalis huius imperij/
 vna vobiscum ad imperiū sine fine mansurum peruenire pos-
 simus/ et ipsum videre in decore glorie sue qui pro nobis hu-

milis et despectus fieri non desperit. Et quia hoc timore meri-
 torum nostrorum obtinere formidamus/pijs orationibus vestris
 hoc consequi posse speramus et optamus. Ceterum quia signum vi-
 uifice crucis die nostre coronationis ut labore et studio nostro ter-
 ra sancta/terra illa quam calcauerunt pedes domini terra illa
 in qua dominus salutem omnium nostrum operatus est a ma-
 nibus inimicorum crucis christi/qui eam violenter detinent ca-
 piatur/suppliciter petimus ut vestris sanctissimis orationibus
 desiderium nostrum compleatur. Adhuc quia recognoscimus quia
 omnino ea que diuina clementia circa nos et in nobis misericor-
 diter et miserabiliter operata est per dominum et patrem nostrum sum-
 mum pontificem sicut per vicarium et ministrum suum dignata est ope-
 rari petimus humiliter et deuote ut quod ad persolendas debitas
 gratiarum actiones per tantis beneficijs/nos ipsos iudicamus in-
 sufficientes/vos vice et loco nostro hoc apud ipsum velitis pijs-
 simis orationibus vestris promoueri/ultimo orationibus vestris
 nos recomendantem scire vos volumus quod omnibus diebus nos-
 tris huius sanctissimi ordinis defensores esse volumus et per
 omnia facta sua tanquam nostra propria promouere. Datum apud
 sanctum Flaborem .xij. kl. Septembris. Indictione .iiij.